

Ninivem, sed descendit in Joppen portum celebrem totius Judææ; nunc Jassa dictum, hospitio Sancti Petri, & resuscitatione Thabitæ celebrem, Añ. 9. 40. Inde navigans, orta tempestate à nautis projectus est in mare, & receptus in ventrem ceti magni; à quo fuit tertia die reiectus in littus, inde accessit ad Civitatem Ninive, & prædicavit excidium post 40. dies, nisi ageret penitentiam; ut in ejus prophetia. Vitæ sanctitate fuit illustris, & catalogo Sanctorum adscriptus ut in Martyrologio die 21. Septembris.

60 Michæas ortus est Morasthi viculo de Tribu Juda juxta Eleutheropolim, ætate suppar præcedentibus Prophetis. Invehitur in Idololatriam, & in alia inde enata scelera, tam duratum, quam decem Tribuum; unde utriusque excidium, & captivitatem, his per Assiros, illis per Chaldaeos prænnuntiat, Promisit tamen isdem lætum reditum à Babylonia per Cyrum, & lætorem ex servitute peccati, mortis, & diaboli per Christum, quem prædixit nasciturum in Bethlehem. Occisus gladio Martyr occubuit; & de eo ita legitur in Martyrologio Romano die 15. Januarii: In Judæa SS. Habacuch, & Michææ Prophetarum, quarum corpora Theodosio seniore divina revelatione reperta sunt.

Nahum Propheta, cujus nomen idem sonat ac Nos, nempe consolator; natus in Elkesh viculo Gadilææ trans Jordanem versus Begabar, in Tribu Simeon; vixit post Jonam annis nonaginta circiter, & renovavit minas Jonæ contra Niniven, quæ sub novis Regibus in priora, immò majora scelera dederat. Sed cum parùm, aut nihil prædicando Nahum proficesset: patienter sustinuit Divina iustitia annis 85, quibus tranfactis expugnata, & excisa fuit à Nabuchodonosore seniore Chaldaeo. Sanctè vixit, & obiit Nahum; & de eo Martyrologium Romanum die 1. Decembris.

Habacuch Propheta oriundus de Tribu Simeon prophetavit post Nahum; antè, vel una cum Sophonia, & Jeremia; & de eo quæstio est disputabilis, an alius fuerit, vel idem cum illo, qui per aerem ab Angelo è Judæa in Babyloniàm traductus prandium tulit Danieli coniecto in lacum leonum? Prædixit excidium Jerusolymæ, & Judææ per Chaldaeos; ac deinde Chaldaeorum everisionem, & Judæorum liberationem per Cyrum, & Persas, & totius humani generis per Christum; cujus natiuitatem, vitam, passionem, resurrectionem, & extremum judicium insigni carmine pangit, ac depingit. Vita sanctè peracta, Sanctorum Catalogo adscriptus legitur die 15. Januarii, & corpus ejus sub Theodosio seniore, ut dictum est, divina revelatione repertum fuit.

Sophonias è nobili prosapia, & Tribu Simeon oriundus, tempore Josiæ Regis Juda, convixit Jeremiæ, & prophetavit ad Judæos, ut reliqua Idololatria, aliisque icleribus, ad penitentiam, & veri Dei cultum redirent, alias inevitabile eorum excidium, æquè ac aliarum nationum prædixit. Vita sanctè traducta obiit, & sepultus est in agro proprio; & adscriptus est Catalogo Sanctorum in Martyrologio Romano die 3. Decembris.

Aggeus secundo Darii Regis anno cepit prophetare; & cum Judæis sub Cyro è Babylonia ubi natus erat, redux Jerusolymam primus ibidem cecinit Alleluia in Templo, quod ipsi maxime, & Zachariæ hortatu restauratum fuit. Principi Zorobabelli fabricam Templi reassumentis promisit Messiam ex ejus stirpe nasciturum; qui ipsum Templum sua presentia, doctrina, & miraculis condecorabit; thronum quoque regni sui supra omnium gentium regna, illis subactis extollet. Fuit eximie innocentia, ac puritatis, ac magno spiritu excelluit in fabrica Templi promovenda adversus Cambyfis Regis Perfarum, atque Samaritanorum contradictiones.

Sanctis est adscriptus una cum Osee Propheta die 4. Julii.

Zacharias oriundus de Tribu Levi Sacerdos, & Doctor populi, synchronus, & coævus fuit, cum quo insudavit pro restauratione Templi. Monuit Judæos, ne Idola, & vitia majorem imitarentur, quorum viderent acerbam punitionem, excidium, & captivitatem. Per hieroglyphica, parabolas, & enigmata prædixit varios eventus Judæis obventuros utque ad Christum; maxime quatuor Monarchiarum successiones, quæ desinerent in Regnum Christi, cujus vitam, ac passionem, penè instar Evangelistæ recensuit. Gravis virtutibus, & ætate obiit in Judæa, lapidatus à populo tumultuante inter Templum jam instauratum, & Altare; ut ait Christus Matth. 23. 35. De eo Martyrolog. Rom. die 6. Novemb. ubi, quod ejus corpus, ipsomet revelante, detectum fuit sub Theodosio Imperatore juniore notat Emin. Gardin. Baropius, in Annalibus ad Ann. 41. 500.

Malachias è Tribu Zabulon post reditum populi è Babylonia, natus in Sogha, instaurato per Zorababell Templo, & florente iterum Synagoga prophetauit; & 1. arguit Judæos ingratiitudinis in Deum tantorum honorum auctorem. 2. Sacerdotes negligentis, & impietatis. 3. Prædixit abolendum Sacerdotium, & Sacrificium Aaronicum; eigne substituendum aliud Eucharisticum, 4. Reprædixit Judæos ob repudiatis uxores. 5. Promisit adventum Christi, ejusque Præcursorum Joannem Baptistam, 6. Sterilitatem agrorum nuntiavit ob defraudatas Decimas. Ultimo denuntiavit diem extremi Judicii, ejusque prodromum Eliam, qui reliquias Judæarum converteret ad Christum. Obiit adhuc juvenis, & Catalogo Sanctorum adscriptus est in Rom. Martyrol. die 14. Januar. Hæc breviter de Sanctis Prophetis antiquis, de quibus latius Titinus in Chronica, Sacr. f. 20. Ricciolius in Chronol. Ref. tom. 1. lib. 6. cap. 10. Tornieil, & Salian, in Annalib. ad eorum nomina. Corn. à Lap. in Comment. ad ipsos, & Villiegos in Floræ Sanctor. part. 2. in Vitis prædicator. SS. Prophetarum. Et Emin. Card. de Lauræa in cit. tom. 4. in 3. lib. Sent. disp. 19. num. 166. ubi præter recensitos Prophetas, alios plurimos asserit in Lege Mosaica fuisse his verbis: In Lege scripta præter 18. qui libros scripserunt, alii 26. nominati reperiuntur Prophetæ in textu Sacro, qui aliqua prædixerunt: præter alios innominatos; incipiunt à Moysè usque ad Joannem Baptistam; inter quos 10. septuaginta duo Seniores Moysi assistentes; quibus de Moysi spirita datur, ut prædicarent. Eosdem autem Prophetas inferiores cumulat Barradas in Evang. tom. 1. lib. 5. c. 23. ubi curiosus Lector eos legitere, & conspiciere poterit.

In Lege tandem Evangelica innumerabiles existunt Sancti, dono Prophetiæ à Deo ditati. Primus omnium est Christus Dominus, qui cumq; præterita, presentia, atque futura, nec non hominum cogitationes, etiam tamquam homo cognoscebat: ideoque appellatus est pluries Propheta; nempe Luc. 7. 16. Propheta magnus surrexit nobis. Et à Samaritana Joan. 4. 20. Dominus, ut video, ut propheta es tu. Et ab ipsis discipulis Domini. Luc. 24. 19. Fuit Vir Propheta. Immo ipse Dominus de se ipso ait. Non est Propheta sine honore, nisi in patria sua. Luc. 4. 24. Quod quidem probat S. Thom. 2. p. 2. q. 7. ar. 8. Surrex. ibid. disp. 21. scilicet 1. Collegium Salmanticense in Cursu Theolog. tom. 9. qui est primus de Incarnatione trad. 21. disp. 14. ar. 7. & cæteris magis pie, ac doctè Emin. Card. de Lauræa in 3. lib. Sent. tom. 1. qui est de Incarnatione Verbi, disp. 16. ar. 8. p. 4. ac etiam in eod. lib. 3. tom. 4. d. disp. 19. n. 167. Secundus Propheta fuit S. Zacharias Pater Joannis Baptistæ. Tertius ipse S. Joannes Baptista. Quartus Simeon Senex, Quintus S. Joannes Evangelista ob tot, & tantas Visiones, de quibus in sua Apocalypsi. Præter hos autem in sacro textu novi Testamenti pauci vo.

SUMMARIUM.

et vocantur Prophetae in particulari; sed multi in genere: siquidem Añ. 11. 28. sic habetur: In his autem diebus supervenerunt ad Jerusolymis Prophetae Antichrii; & surgens unus ex eis nomine Agabus significabat per Spiritum famem magnam futuram in universo Orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio. Et idem Agabus (qui fuerat unus ex 70. Discipulis Christi; & de quo meminit Martyrologium Romanum die 13. Februarii) cum esset Cæsareæ, habens Zonam Pauli, & alligans sibi pedes, & manus dixit; hæc dixit Spiritus Sanctus; Virum, cujus est Zona hæc, alligabunt in Jerusalem Judæi, & tradent in manus gentium. Añ. 21. 11. Et ibidem cap. 13. i. dicitur: Erant in Ecclesia, quæ erant Antiochie Prophete. Et Divus Paulus scribens ad Corinthios Epistol. 1. cap. 12. vers. 18. ait: quoddam Christum Dominum in sua Ecclesia primam posuit Apolos, secundam Prophetas &c. Et alibi sæpè de Prophetis, qui tunc erant in Ecclesia Christiana mentionem facit; & hoc donum Prophetiæ abundanter diffusum est à Spiritu Sancto inter fideles à primitiva Ecclesia usque ad hæc tempora, ut ex Vitis Sactorum unicuique manifestè patet.

Corollarii loco posset quis interrogare, quæ de causa dici solet: Quod nemo Propheta acceptus est in Patria sua? Respondetur ob quatuor causas. Prima est, quia si Propheta, quorum nomine veniunt Viri docti, & Sapientes non sint de Prosapia nobili, in sua patria despiciuntur, non ita in aliena. Sic Nazarethani, quia credebant, Christum esse filium Joseph, qui fabrillem artem exercebat, eum spernebant. Secunda est, ob malam inclinationem in vitam in hominibus, magnificandi res exteras, & peregrinas; parvipendendi res domesticas, & suæ Civitatis. Hinc homines advenæ, est mediocri virtutis, æstimantur plurimi; nostrates fumæ eruditionis pro nihilo habentur. Tertia est invidia, quia cives odio habent suos, à quibus se superari in sapientia vident, vel in bonitate. Ita Joseph odio habitus à fratribus, & Christus Dominus à Judæis. Quarta denique causa est aversio, quam homines habent veritati. Omnes Prophetae arguebant homines de peccatis: idcirco quia veritas odium parit, eos populi odio prosequantur; & tot, ac tanti Prophetæ martyres fuerunt. Sic de viris doctis, ac Deum timentibus, quos adhibent Prælati sancti in regimine Diocesum. Hi corrigunt, arguunt, puniunt male viventes: & ab illis implacabili averseione impetuntur. Experientia ejusdem ponderis cum Historia me monuit fecit de hac veritate, de qua abundanter differunt Barradas in Evangel. tom. 2. lib. 4. cap. 13. Titin. in Matth. 13. 57. & Menochius in Soteris part. 3. Centur. 6. cap. 91. ubi hæc pulchra sententia Sancti Augustini lib. 11. super Genes. ad Litteram cap. 14. Invidet par pari, quia ei coæquatur: invidet inferiori majori, quia ei non coæquatur: invidet superiori inferiori, ne ei coæquatur. Et hæc satis de Prophetis.

DECISIO XXVI.

ARGUMENTUM.

De Mulieribus Prophetissis, quæ fuerunt tum in Lege naturæ, scilicet Eva, & Rebecca; tum in Lege Mosaica, nempe Maria Sorore Moysis, Debhora, Rahab, Holda, & Anna Matre Samuelis; tum etiam in Lege Evangelica; videlicet DEIPARRA, Elisabeth ejus cognata, Anna filia Phanuelis, Samaritana, Uxor Pilati, Maria Magdalena, ac aliis Sanctis Mulieribus, fillabusque quatuor Philippo Diaconi. Item de Sibyllis; hoc est Virginibus gentilibus, quæ à Deo dono Prophetiæ ditatæ, Vitam, Mortem, ac Resurrectionem Salvatoris Nostri, ejusque finale judicium vaticinatas sunt.

De Sacrificio Missæ.

- 1 Prophetisse alie fuerunt in lege nature, alie in lege Mosaica, alie in lege Evangelica.
- 2 Eva prima Prophetissa ob tres causas. Et quæ?
- 3 Rebecca fuit Prophetissa. Et cur?
- 4 Rebecca, & Jacob ejus filius ex Revelatione divina primogenituram paternam assecuti.
- 5 Maria soror Moysi Prophetissa.
- 6 Debhora Prophetissa fuit.
- 7 Rahab meretrix inter Prophetissas numerata.
- 8 Holda mulier Prophetissa, regnante Josia Rege Juda.
- 9 Anna mater Samuelis fuit Prophetissa.
- 10 MARIA Virgo, Mater Dei Prophetissa fuit, & Prophetissarum Regina.
- 11 Despara in hac vita an iterum elevata sit ad videndum clari Divinam essentiam?
- 12 MARIA Virgo Mater Dei an in hac vita scripserit Epistolas?
- 13 Elisabeth Mater S. Joannis Baptiste Prophetissa fuit.
- 14 Anna filia Phanuel fuit Prophetissa. Fuit Vidua ab anno 20. usque ad annum 84. Habitabat in cellulis apud Templum.
- 15 Samaritana mulier dono Prophetiæ ditata.
- 16 Samaritana quomodo vocatur? Coronata martyrio. Ejus caput Rome in Basilica Sancti Pauli.
- 17 Claudia Procula Uxor Pilati inter Prophetissas ponenda.
- 18 Pilatus ubi obiit?
- 19 Maria Magdalene, ac alie sancte mulieres Prophetisse.
- 20 Vespere autem Sabbati, quæ lucefit in prima Sabbati. Matth. 28. sensus, & expositio.
- 21 Philippi Diaconi quatuor filie Prophetisse. Earum cellula visitata è S. Paula Romana.
- 22 Prophetiæ dono innumera Sanctæ in lege Evangelica ditata.
- 23 Prophetiæ donum argumentum Sanctitatis.
- 24 Sibylla numeranda inter Prophetissas.
- 25 Sibyllæ quæ, & quot fuerint?
- 26 Sibyllini libri diligenter Rome custodiebantur. Et num. 37.
- 27 Delphica Sibylla quæ, & quando fuerit? Quæ prædixit de CHRISTO?
- 28 Eritræa Sibylla natiuitatem, passionem, mortem, resurrectionemque Christi enuntiavit, ac Judicium finale.
- 29 Cimmeria Sibylla, sive Cumæa, aut Italica quando fuerit, & quæ prophetaverit?
- 30 Samia Sibylla ubi orta? Prædixit triumphum Christi cum palmis Olivæ.
- 31 Cumana Sibylla ubi fuerit? Incarnationem Dominicam vaticinata.
- 32 Hellespontica Sibylla ubi nata? Natiuitatem, & doctrinam Salvatoris prænnuntiauit.
- 33 Lybica Sibylla fuit annis 480. ante Christum. Ejus miracula edixit.
- 34 Persica Sibylla floruit sub Alexandro Magno Prophetizavit baptismum, & predicationem Præcursoris Christi.
- 35 Phrygia Sibylla mortem Salvatoris planxiss.
- 36 Tiburtina Sibyllæ nomen; ejus carmina de Christi Resurrectione, atque Ascensione in Cælum.
- 37 Libri Sibyllini Roma custoditi.
- 38 Libri Sibyllini à Cesare Augusto recogniti.
- 39 Europæa Sibylla prædixit Messiam de Virgine nasciturum.
- 40 Egyptia Sibylla de Christo locuta.

Acti consentaneum est, ut etiam de mulieribus, quæ Prophetiæ dono fuerunt illustris, G 3



Atres, verba facimus, antequam ad Sacrificia Mosaica Legi iter arripatur, ut plene de personis triplicis sexus, quæ in universum Divino cultui, ac ministeriis Sacris mancipatæ erant, summariam notitiam Studiosi nostri ex lectura præsentium Decisionum percipiant. Igitur de Prophetis, ac de Sibyllis oportet verba facere.

Quod attinet ad mulieres Prophetissas; alia fuerunt in lege Naturæ; alia in lege Mosaica; & alia in lege Evangelica.

Inter Prophetissas legis Naturæ primarius locus debetur progenitrici nostræ Evæ, quæ hoc titulo triplici de causa meretur decorari. Primò ob ejus formationem, quæ revelatam in se habebat, (et si sub enigmatæ tum divinitatem, tum humanitatem Redemptoris Mundi; siquidem Eva formata fuit ex costa Adam, & consisteret cepit ex costa ossis, & carne molli. In fortitudine costæ continebatur divinitatis Christi; in carnis infirmitate ejusdem Christi humanitatis prænotiabat; iuxta considerationem Mendezii in Theologia Catholica lib. 5. cap. 22. num. 2. Secundò, Eva prophetiam gerebat in nomine; si enim inverso ordine legatur, non Eva, sed Ave ejus nomen prædicat, illud scilicet Ave, quæ gloranda erat Deipara Maria ab Archangelo Gabriele, enuntiante Divini verbi Incarnationem; ut docet ad Mendezium lib. 9. cap. 3. num. 2. Tertiò autem Eva facta est Prophetissa, quando de ea dixit Deus ad Serpentem: Imiticium ponam inter te, & mulierem, & semen tuum, & semen illius; ipsa conteret caput tuum. Genes. 3. 15. Revelatum tunc enim est Evæ; ipsa quæ nostra Mater cognovit, & intellexit tum ab ea per penitentiam contentam esse caput putæ diaboli; tum à Deipara, ac Christo filio Dei, ex ejus semine nascituræ; quam quidem revelationem ipsamet Eva filiis, ac posteris suis tradidit, ut penitentiam diligenter, & in futuro Messia, ac Virgine ejus Genitrice sperarent: quod non obscure docet Cornel. à Lapide in comment. ad Genes. d. cap. 3. Vers. 15. his verbis: Mulier est Eva, quæ diabolum contrivit, quando penitentiam egit; vel potius mulier est Beata Maria Eve filia; semen ejus est Jesus, & Christiani; serpens est diabolus; semen ejus sunt infideles, omnesque impii. Ergo Beata Maria contrivit Serpentem; quia ipsa semper plena, & gloriosa fuit virginitas, omnesque hereses (quæ caput sunt serpentes) in universo mundo contrivit, ut canit Ecclesia. Quod autem ipsamet Eva didicerit esse divina revelatione, Divinum Verbum carnem induratum ex ejus semine, ut contereret caput serpentis, id est diaboli; resultat ex illis aliis verbis: Ipsa conteret caput tuum, & tu insidietur calcaneo ejus. Quæ quidem verba idem Cornelius à Lapide ibidem sic declarat: Christi caput est Divinitas; calcaneo est humanitas: hanc dum offendit, & occidit damnâ, occisus est; tunc enim Christus contrivit caput illius; id est ejus superbiam deiecit, atque omnem ejus impetum prostravit. Hæc primæ omnium matri Evæ cum fuerit à Deo revelata, & per eam à de descendenti bus manifestata; insolubile argumentum faciunt, Evam ipsam dono prophetis ditatam, merito Prophetissam inter mulieres esse appellandam.

Altera Prophetissa in lege naturæ fuit Rebecca uxor Patriarchæ Isaac; cui Dominus revelavit, quod appropinquaret tempus partendi gemellos duos filios Esau, & Jacob, quos portabat in utero, quod inferior, nempè Jacob erit Dominus majoris, vide licet Esau; qui propterea subditus evasurus erat eidem Jacobo in eorum posteritatis. Idcirco sic de ipsa Rebecca legitur in Genes. 27. 22. Sed collidat in utero ejus parvuli, quæ ait: si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit concepere? Perrexitque ut consuleret Dominum. Qui respondens, ait:

(ecce Revelatio Divina) Dux genui sunt in utero tuo; & duo populi ex ventre tuo dividuntur; populusque populum superabit, & major serviet minori. Quo loci sic dixerit Cornelius à Lapide in suis Commentariis: Theodoretus, Didorus, & Procopius sentent. Rebecca animo confirmatam ad vicinum, & domesticum Altare vixit, ibique Deum orasse; qui per Angelum respondit id, quod sequitur; Dux gentes in utero tuo sunt, & major serviet minori. Ex quo intellexit Rebecca, quod Jacob præferatur Esau; & benedictionem paternam præcipere; quod tamen maritum suum Isaacum celaret, ut mysterio Prophæticæ loci daretur, de quo Genes. 27. 23. Igitur jure optimo Prophetissa vocanda est Rebecca, quæ à Deo per Angelum instructa fuit de futura majoritate filii sui Jacobi, ac ejus posteritatis super illam Esau; quæ prophetia per ipsam intellecta, non levitate, sed Dei spiritu, & diltamine mota fuit, ut hortaretur Isaac accipere benedictionem Patris; et atque illum adjuvit, coquendo hædum, & circumvestiendo Jacobi manus, & colulum pelibus; ut diximus supra Decis. XIX. num. 15. Et ex his resultat manifesta ratio, quæ excutat à mendacio in actione illam tunc Jacobum, tum ipsam Rebeccam; uterque enim operabatur, & loquebatur juxta revelationem habitam à Deo; atque prophæticæ spiritus; scientes, Primogenituram, & majoratum esse à Deo translatum in Jacobum, & ejus posteros, quibus servituri erant descendentes ab Esau.

In Lege autem Mosaica fuerunt Prophetissæ sequentes mulieres. I. Maria Sôror Aaron, & Moyses, quæ appellatur Prophetissa Exod. 15. 20. triplici de causa secundum Cornelium à Lapide in Comment. ibid. Deus enim cum ea colloquebatur, & ei arcanâ pandebat, ut patet Num. 12. 2. Erat quoque doctrix, & Magistra aliarum mulierum; & ulterius erat quoque præceptrix, & Virgo sapiens, & litteris eruditâ. Hinc in transitu maris rubri post exitum ex Ægypto ita de illa loquitur textus Sacæ Exod. 15. 20. Sampit ergo Maria Prophetissa sôror Aaron tympanum in manu sua: egrediensque sunt omnes mulieres post eam cum tympano, & choros; quibus præcibat dicens: Cantemus Domino, gloriose enim magnificatus est; equum, & Ascensorem ejus deiecit in mare. Tirinus autem commentans eundem textum, subdit, quod licet plures Scriptores sacri doceant, prædictam Mariam Prophetissam fuisse Virginem, & similem Sibyllis; nihilominus Serario, ac aliis visum, quod nuperit Hur avo Bezelis, cuius mentione fit Exod. 24. 14. tunc enim rarum erat studium virginis, & laudi non dabatur. II. Prophetissa fuit Debhora, de qua in libro Judicum cap. 5. narratur, quod cum Sisara Princeps exercitus Regis Jabin aggressus esset populum Israël; ipsa Debhora à Deo responsum habuit de ejusdem Sisaræ interfectione, & idcirco vocavit Barac militem Israëliticum, & eique ordinavit, ut viros bellatores sumeret, & contra Sisaram iret, & pugnet; Deus enim victoriam ei elargiretur, prout factum fuit, & dicit ibi Sacer textus.

Et quia hæc mulier ob donum prophetis erat sapientissima, hæc de causâ in suis controversiis Hebrea consueverunt ad illam, ut eas judicando dirimeret. Hinc S. Hieronymus in Epist. 10. ad Furiam sic ait: Nobis ad hoc Debhora nominatur, quod Prophetissa fuerit, & in ordine Judicum supputatur. Et quia dicere poterat: quum dulcissimum eloquia tua: super mel, & Javum orimeo. Apis nomen accepit; scripturarum floribus pasta, Spiritus Sancti odore perfusa; & dulces Ambrosie succo prophetis ore componens. Plura de laudibus magne hujus mulieris, ac Prophetissæ Debhoræ referunt Origen. Hom. 5. Sallianus ad Annum Mundi 2723. & Cornel. à Lapide in Comment. Judic. d. cap. 4. Vers.

7 Vers. 4. & sequ. III. Prophetissa fuit Rahab; quæ licet meretrix esset in civitate Jericho, seu cauponaria, Hebræos exploratoris hospitio apud se recipiens, habuit revelationem à Deo, de futuro excidio Urbis, quare penitens & sibi, & cognatis suis vitam obtinuit: ut legitur in Joas cap. 2. Vers. 1. ubi sic Cornelius à Lapide scribit: Excepit Rahab exploratores Hebræorum; illuminata, & impulsâ à Deo, quasi divini consilii in Chanaanica fidei populo subigendæ procuratoris. Intellexit enim Deum in hac re velle uti sua opera; ac proinde velle, ut ipsa eos exciperet, absconderet, & dirigeret. Et cum ipsa Rahab dixisset exploratoribus ibid. Vers. 9. Novi, quod Dominus tradiderit vobis terram. Subdit idem Cornelius à Lapide: Novat hoc Rahab partem ex miraculis, & portentis, quæ Deus pro Hebræis pugnantibus operatus erat; partem ex Dei ipsius instinctu, & revelatione. Fuit igitur dono revelationis prophetis ditata Rahab, quæ deinde nupta Salmoni de stirpe Judæ meruit generare Boaz Atavum Regis David, & numerari inter mulieres, & quibus nasciturus erat Christus. IV. Prophetissa fuit Holda, quæ Anno mundi 3407. regnante Josia Rege Juda non solum prophetabat in Jerusalem; sed, ut ait Tornelli ad a. Annum num. 3. In tanta erat Sanctitatis opinione ut ad ipsam consulendam Rex ipse miserit Helciam summum Pontificem, & proprium Scribam, aliosque Optimates civitatis; ut patet in 4. Reg. 22. 14. & sequ. De hac eadem egregia muliere ita scribit Tirinus in 4. Reg. 22. 14. Iterum ad Holdam Prophetissam uxorem Sollerum, sed tum vicesimam vitam, vel saltem totum vitæ abstinentem; nam que thoro adhuc uteretur (una desumpta Anna Samuelis Matre 1. Reg. 2. 10.) nullâ legitimâ spiritus prophetis afflata. Et concordat Cornelius à Lapide in eodem textu sic subjungens: Holda hæc & senio, & prudentia, & sanctitate, & oraculis apud omnes erat celebris, & venerabilis, & que ac Debhora. Jud. 4. Anna mater Samuelis. V. Tandem Prophetissa in lege Mosaica fuit ipsa Anna Mater Samuelis prophetæ, quæ cum peperisset, & obtulisset illum Domino, cecinit canticum illud, exultavit cor meum in Domino, &c. 1. Reg. 2. in quo prophetavit nati futurum Christum juxta id, quod scribit S. Augustinus lib. 11. de Civit. Dei cap. 4. unde Theodoretus, & Procopius dixerunt: Quia Anna prophetam concepti, prophetis quoque gratiam participavit, sic ait & Elisabeth, & Beata Virgo. Cornelius autem à Lapide in fine dicit Cantici 1. Reg. 2. 10. ait: Hoc esse Anne oraculum de Christo, post mille, & trecentos annos nascituro; quod illi eminus quasi applaudit, & gratulatur; ubi advortit, Anam esse primam in Scriptura, quæ hic exprimit nomen Messie, sive Christi: Hucusque enim in Pentateucho, Josue, & Judicum nomen Christi non auditur. Hæc sunt Mulieres, quæ præterierunt prophetis dono tempore legis Mosaicæ, de quibus etiam mentionem facit Emin. Card. de Lauræ in d. tom. 4. in lib. 3. Sentent. disp. 19. num. 239. & 240.

In Lege autem Evangelica plures habentur in Sacro textu mulieres Sanctæ Divino Spiritu afflatæ, ac Prophetis insignes; innumeræ autem in Historiis, Chronicis, & Vitis Sanctorum. Quod ad illas, quæ nominantur in Scriptura Sacra principem locum tenet Regina Cælorum, Serenissima DEIPARA, tum quia, ut scribit Suarez in 3. part. D. Thom. tom. 2. disp. 25. sect. 4. p. 1. ac probabiliter credi potest, beatam Virginem in hac vita interdum elevatam fuisse ad videndum clarè Divinam essentiam, ut ex Authoritate S. Antonii, & S. Bernardi, & aliorum Patrum ibi comprobatur, tum etiam quia DEIPARAM verè, ac prophætè fuisse Prophetissam, & habuisse gratiam prophetis, Spirituque prophetico pronuntiasse Canticum Magnificæ; & aliorum sublimium Mysteriorum notionem, revelationem, & instructionem à Spiritu Sancto, & à dilecto Filio suo Deo, & Homine Christo habuisse, ex plurimis Sanctorum Patrum testimoniis comprobatur idem Suarez disp. 20. sect. 1. in eod. tom. 2. ubi subdit: non constare, an Beata Virgo aliquod scriperit; nam Epitola quædam ad Ignatium, quæ nomine ejus circumscribitur, incertæ est auctoritatis. Si tamen Ecclesiæ constaret, illam, vel aliquam aliâ fuisse à Beata Virgine scriptam, inter canonicas Scripturas esse annumeranda. Hinc in revelationibus Sanctæ Birgittæ in Sermone Anglico cap. 17. dicitur: Est verè procul dubio est credendum, quod ex inspiratione Spiritus Sancti ipsa Deipara perfectissimè intellexit, quod quid Prophetarum eloquia significarent, quam ipsi propheta, qui ex eodem Spiritu verba oratoris protulerunt. Et cap. 19. ibidem hæc subducuntur. Tertia quippe die, de Christi Resurrectione discipulis habitantibus, & mulieribus in sepulchro ejus corpus sollicitè inquirentibus, ipsi quæ Apollolis p. maxima cordis anxietate, & pavore se pariter includentibus, tunc Virgo Mater, quamvis Scriptura eo tempore ipsam aliquod locutam non commemorat; sine dubio tamen credendum est, quod ipsa Dei Filium in carne ad eternam gloriam resurrecturè significata est; & quod mors de cætero illi nunquam possit amplius dominari. Et paulò post subjunguntur sequentia: Ipsa Virgo Maria erat Magistra Apostolorum; confortatrix Martyrum, Doctrix Confessorum, clarissimum speculum Virginitatis, consolatrix Viduarum; in conjugio viventium soluberima monitrix, atque omnium in fide Catholica perfectissima roboratrix. Apollolis namque ad se venientibus omnia, quæ de suo Filio perfectè non noverant, revelabat, & rationabiliter declarabat. Et hinc factum est, ut in Litaniiis ab Ecclesiâ laudetur, & dicatur Sedes Sapientie, nec non Regina Prophetarum.

Sanctæ Elisabeth Matri Sancti Joannis Baptistæ secundus debetur locus inter Prophetissas legis Evangelicæ; fuit enim hoc munere insignita, cum ad eam visitandam DEIPARA accessisset; tunc enim: Ut auditus Salutationem MARIÆ Elisabeth exultavit infans in utero ejus; & replicata est Spiritu Sancto Elisabeth, & exclamavit voce magna, & dixit: Benedicta tu inter mulieres; & benedictus fructus ventris tui. Et undè hoc mihi, ut veniat Mater Domini mei ad me? Ecce enim ut facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultavit in gaudio infans in utero meo: & Beata que credidisti, quoniam perficerentur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino. Luc. 1. 41. In quibus verbis notant Sancti Patres, & Doctores Ecclesiæ, quod Elisabeth prophetavit de præsentibus, nam à Spiritu Sancto illuminata Virginem, quam præterierunt carnem, Christum in utero gestare cognovit, & ipsa prima fuit, quæ nominavit Sanctissimam Virginem Matrem Dei. Item prophetavit de præterito; dicens enim, Beata, que credidisti, aperte indicavit in Spiritu agnovisse verba, quæ Deipara fuerant dicta ab Angelo. Prophetavit etiam de futuro, quando subjunxit: Perficerentur ea, quæ dicta sunt tibi à Domino: ut considerat Baradas in Evangel. tom. 1. lib. 7. cap. 12. Vers. Undè hoc mihi; ubi Sanctos Doctores allegat.

Annæ filie Phaniel de Tribu Aser tertius locus debetur inter Prophetissas; sic enim appellatur à J. Lucae. 2. Vers. 36. ubi eam laudat, dicens: Hæc processerat in diebus multis, & vixerat cum viro suo annos septem à virginitate sua. Et hæc vidua usque ad annos octoginta quatuor, quæ non discedebat de Templo, jejuniis, & obsecrationibus serviens nocte, ac die, & hæc ipsa hora superveniens consuevit Domino; & loquebatur de illo omnibus, qui expectabant Redemptionem Israël. Ubi de hac Prophetissa Anna tria sunt notanda; Unum, quod vixerat in viduitate annos sexagintaquatuor; cum enim se-



item annis fuisset in matrimonio: illudque contraxerit à prima pberitate, quæ puellis est anno duodecimo, sequitur maritum obisse, ea existente in anno vigesimo circiter ætatis suæ; & deinceps raro exemplo vidua perpetuò manserit usque ad annum 84. Alterum notandum est, quòd non dicebatur de Templo, qui habitabat in cellulis prope muros ejusdem Templi, ut notavimus supra Decif. XII. num. 32. & docet Tirlus in Exod. cap. 38. Vers. 8. Canisius de Beata Virgine lib. 1. cap. 12. & Serarius in lib. 2. Machabeor. cap. 3. Tertium est, quòd licet in Evangelio non exprimentur ea, quæ prophetizaverit Anna de Christo; sed quòd Constatòr Domino, & loquebatur de illo omnibus, qui expectabant Redemtionem Israel; est tamen probabile, quòd ipsa testata fuerit, puerum illum esse Messiam, & Salvatorem mundi in lege, & à prophetis promissum: quod bene notant idem Tirlus in Luc. d. cap. 2. Vers. 38. & Menochius in Hiflor. Sacra lib. 1. cap. 13. num. 10.

Samaritanæ quartus sit locus inter Prophetissas; siquidem ex sermone habito cum Redemptore nostro, dum fatigatus ex itinere sedebat supra fontem, Joan. 4. 6. illuminata à Spiritu Sancto intellexit, & cognovit, Dominum JESUM esse Messiam, & Christum; idèò subdit Evangelista d. cap. 4. n. 28. Reliquit ergo hydriam suam mulier, & abiit in civitatem; & dicit illis hominibus: Venite, & videte hominem, qui dixit mihi omnia quecumque feci. Numquid ipse est Christus? Sic enim locuta est ex motivo modestiæ; nam certè noverat ipsum esse Christum, & Messiam; ut ait S. Joannes Chryostomus his verbis: Procul dubio enim intelligebat, modo fontem illum gustaverat, eadem de eo, quæ & ipsa, sensuros. Idem refert ipse Menochius in Hiflor. Sacra lib. 3. cap. 5. num. 11. subdens ibidem, nomen Samaritanæ hujus mulieris ex Martyrologio Romano die 20. Martii, Phothinæ fuisse; quæ martyrio ob Christi confessionem coronata fuit, & ejus caput Romæ apud S. Paulum à Monachis Cassinensibus assertari notat Eminent. Card. Baronius ad Martyrolog. prædium.

Claudie Proculæ Uxori Pilati quintus locus assignandus est inter Prophetissas; quæ dum Christus Dominus vinculus à Pilato ductus esset à Judæis, Missæ ad eum Uxor, dicens: Nihil tibi, & iusto illi; multa enim bodie per visum passa sum propter illum. Matth. 27. 19. Est enim communior SS. Patrum opinio, quos cumulat Tirlus in d. loco; & Menoch. in Hiflor. Sacra lib. 7. cap. 15. num. 2. quòd ipsa Claudia Procula Uxor Pilati ab Angelo suo custode per visum didicerit innocentiam Redemptoris; & minas, ac punitioes ob facinus Judæorum in ipsos, atque in eumdem Pilatum venturas; & idèò miserit ad ipsum Pilatum, ut se innocium servaret; sed ipse pleris æstimavit instantiam Principum Judæorum, quàm terribilimenta uxoris; undè innocentem Dominum condemnavit, & se reum tum Divinæ Justitiæ fecit, tum Imperatori Romano, à quo postea infusus fuit exulare Viennam Galliæ, ubi miserimus obiit.

Mariæ Magdalene, aliique Sanctis Mulieribus, quæ ab Angelo revelant resurrectionem Redemptoris nunciaverunt Apostolis, sextus locus inter Prophetissas legis Evangelicæ datur. De his notanda verba Sanctorum Evangelistarum. Sanctus Mattheus cap. 28. Vers. 1. ita scribit: Vespere autem Sabbati, quæ lucecit in prima Sabbati, venit Maria Magdalene, & altera Maria videre Sepulchrum. Et descripto terramotu, ac Angeli fulgido vestimento, subdit Vers. 5. Respondens autem Angelus dixit mulieribus; nolite timere vos, scio enim, quòd JESUM qui crucifixus est, queritis; non est hic: surrexit enim, sicut dixit. Et Vers. 8. Et Exierunt cito de monumento cum timore, & gaudio magno, currentes nunciare di-

scipulis eius. Et ecce JESUS occurrit illis, dicens, Ave. Illæ autem accesserunt, & tenuerunt pedes eius, & adoraverunt eum.

S. Marcus narrat eandem revelationem his verbis cap. 16. Vers. 1. Et cum transisset Sabbatum, Maria Magdalene, & Maria Jacobi, & Salome emerunt parvulata, ut venientes uergerent JESUM. Et cum accessissent ad monumentum, & Angelum de resurrectione loquentem audissent, Vers. 9. subdit: Apparuit (JESUS) primò Mariæ Magdalene.

S. Lucas pariter describit accessum harum sanctarum Mulierum ad monumentum summo mane; inter quas, ait, cap. 24. Vers. 10. Erat Maria Magdalene, & Joanna, & Maria Jacobi, & cætera, quæ cum eis erant.

S. Joannes quoque cap. 20. Vers. 1. ita idem factum narrat: Una autem Sabbati, Maria Magdalene venit manè, cum adhuc tenebræ essent, ad monumentum. Et post visum lapidem monumenti revolutum, apparuit JESUS eidem Mariæ Magdalene in forma hortulani; & eo cognito, ait: Rabbini (quod dicitur Magister) Et subindè Venit Maria Magdalene amonians discipulis, quia videri Dominum; & hæc dixit mihi.

Igitur inter Prophetissas numerandæ sunt Maria Magdalene, & aliæ mulieres; quæ viderunt tum Angelos revelantes sibi resurrectionem Domini; tum ipsum Dominum, qui gloriosus à mortuis resurrexerat; & subindè ab ipsis mulieribus revelata fuit Dominica Resurrectio Sanctis Apostolis, & aliis discipulis.

Sed hic dicit aliquis: Quomodo intelligenda sunt verba illa Divi Matthæi, Vespere autem Sabbati, quæ lucecit in prima Sabbati venit Maria Magdalene, & altera Maria videre Sepulchrum? Nonne per illa verba Vespere autem Sabbati intelligenda est hora vespertina Sabbati, cum Sol die Sabbati occumberet? Respondetur negativè. Siquidem verba illa innunt, quòd Maria Magdalene, & aliæ mulieres die Dominico; quæ erat prima dies Sabbati, idest dies Dominica, prima dies hebdomadæ; (Sabbatum enim hebdomadam significat, & accesserunt summo mane ad monumentum. Idcirco secundum aliquos auctores loy Vespere denotat Stellam Dianam vocatam lux Vesperam, quæ Luciferam; quæ solet splendescere adveniente die. Secundum alios verò Vespere autem Sabbati idem sunt, ac transactio Sabbato; & aurora diei Dominicæ lucecente: nam in textu græco habetur *hæi caßarou Opõ Sabbaton*; scilicet post Sabbatum; post totam hebdomadam; eo quia *hæi opõ* non tantum significat tardè; sed etiam post. Sabbatum verò, ut dixi, indicat hebdomadam, ut docet Tirlus in Comment. Matth. 28. 1. & Menochius in Hiflor. Sacra lib. 8. cap. 1. numer. 3. ac Barradas tom. 4. in Evangel. lib. 8. cap. 9.

Filiabus quatuor Philippi Diaconi ultimis tandem locus figitur inter Prophetissas; de eis enim in Act. Apostol. cap. 21. Vers. 8. & 9. sic legitur: Et intrantes domum Philippii Evangelistæ (quæ scilicet prædicabat Evangelium, & converterat Eunuchum Candacis Regina; qui erat unus de Septem, maximus apud eum. Hinc autem erant quatuor filie Virgines prophetantes. Una harum Virginum vocabatur Hermione, quæ ut habetur in Menologio 4. Septembr. gravissima passa est sub Traiano, & quævit in Domino. Tirlus d. sup. 21. Vers. 9. De aliis autem, prout de Philippo earum patre sic scriptum est in Martyrol. Rom. die 6. Junii. Cæsarea in Palestina natalis B. Philippi, qui fuit unus de Septem primis Diaconis. Hic fuit, & prædixit clarus, Samaritanam ad fidem Christi converterit; & Candacis Æthiopicam Regina Eunuchum baptizavit; ac demum apud Cæsaream requievit; juxta quem tres Virgines ejus filie Prophetissæ tumulato jacens; nam quarta filia

aius plena Spiritu Sancto Ephesi occubuit. Eandem quoque Virginum Prophetissarum cellulas visitasse S. Paulum Romanam referat S. Hieronymus in Epist. 27. verbi istius: Mirata est Stratonis turrim, ab Herode Rege Judæa in honorem Cæsaris Augusti Cæsariam nuncupata; in qua Cornelii domum, Christi videlicet Ecclesiam, & Philippi ediculas, & cubicula quatuor Virginum Prophetarum, &c. Et hæc de Prophetissis in textu sacro nominatis.

De aliis Sanctis Mulieribus Christianis tum Virginitatis, tum Viduis, ac conjugatis, quibus Spiritus Prophetiæ à Deo donatus fuit, superfluum est Catalogum texere; cum totæ, & tanta testimonia de his habeantur in Chronicis, ac Vitis Sanctorum; quæ numerati ob eorum multitudinem non valent. Satis sit dicere, quòd donum Prophetiæ, quòd habuit Sancta Birgitta, Sancta Catharina Senensis, Sancta Francisca, & aliæ Sanctæ; est singulum, & argumentum valde sanctitatis earum, ut firmavit Rota in relatione Beati Paschalis Baylonis sit, de dono Prophetiæ, & docet Cantuolus de Canonizat. Sanctor. cap. 14. num. 20. Emin. Card. Bona d. disert. Spirit. cap. 10. Pignatell. tom. 4. consult. 69. n. 4. & tom. 5. consult. 30. n. 9. ubi alios cumulat.

Sibyllæ quoque præclara ab eis scripta sunt præcipue de Incarnatione Filii Dei, de ejus Vita, Passione, Morte, Resurrectione, Ascensione, & ad universale Judicium advenit, voluit enim Deus, qui redempturus erat cum Israeliticum populum, tum etiam Ethnicos, & Gentiles, ut oracula de tanto opere essent non solum apud Hebræos, sed etiam apud ipsos Gentiles; nam ut ait Apostolus: Multifariam multisque modis locutus est Deus Patribus in Prophetis. Ad Hebr. 1. Ad Gentiles autem voluit loqui per Sibyllas, ut idem Apostolus Paulus dicebat, dum gentilibus evangelizabat Christum, teste Clemente Alexandrino lib. 6. Stromatum, his verbis: Libros quoque græcos sumite, agnoscite Sibyllam, quomodo unus Deus significet, & c. quæ sunt futura. Hæc Sibyllæ sumite, & legitis, & invocatis Dei Filium multo claris, & aptius, & scriptum. Et in oratione ad gentes idem Clemens Alexandrinus sic ait: Prophetissa itaque Sibylla nobis prima canit canticum salutis. Et carmina subnectit, quibus Deum in terras venturum præannuntiat. His ad stipulatus est Sandus Hieronymus lib. 1. adversus Jovinianum dicens: Quid referam Sibyllas Eritheæ, æque Cumanas, & cetera peliquas; nam Varro decem fuisse autumat, quarum insigne Virginitas est, & Virginitatis præmium divinitus. Et de istis Sibyllis plura differunt Sanctus Augustinus lib. 18. de Civit. Dei cap. 23. Lactantius lib. 4. Institut. cap. 15. & seqq. Arnobius lib. 1. contra Gentes, & Sanctus Clemens Papa lib. 5. Constit. Apostol. cap. 8. sic scribens: Si Græci derident nos, non credentes nostris Scripturis, saltem fidem habeant Vati sue Sibyllæ, quæ ad verbum ita inquit, &c. ut refert Paulus Segnerius nell' Incredulo serza scusa part. 2. cap. 17. num. 14. & Salmeron tom. 2. tract. 19. Multos alios Auctores, qui de Sibyllinis oraculis ex professo tractarunt, allegat Tolofanus in Syntagma Juris Univ. part. 2. lib. 18. cap. 6. à num. 6. & seqq. & Menochius in Storiar. part. 2. Centur. 4. cap. 39. & cap. 40. Et novissimè Emin. Card. de Lauræa d. tom. 4. in 3. lib. Sentent. disp. 19. art. 9. §. 3. à num. 248. usque ad num. 259.

Porro juxta commune placitum Scriptorum decem fuerunt Sibyllæ; videlicet: Delphica, Eritheæ, Cimmeria, seu Cumanæ, Samia, Cumanæ, Hellepontica, Lybica, Persica, Phrygia, & Tiburtina. Tarcagnota in Hiflor. Univ. tom. 1. lib. 8. pag. 249. Sunt tamen aliqui addentes alias duas, nempe Eudæam, & Ægyptiam. Tria autem sunt observanda circa has Sibyllas, & earum oracula, Unum, quòd ad instar Sanctorum Prophetarum multa erant obscura in eorum dictis, & difficillima intellectu; idèòque libros Sibyllinos emptos magno pretio per Tarquinium Superbum (de quo emptio meminit Tolofanus d. lib. 18. cap. 6. num. 9.) non solum Romæ diligenter custodiebantur; sed attentè à decem clarissimis viris inspicì, & eorum sententia penetrare solitum erat; præsertim in publicis Civitatis necessitatibus, ut notat Salianus ad Annum Mundi 3539. num. 5. & ad Annum 3789. num. 1. Alterum est, quòd ipsæ Sibyllæ Spiritu prophetico multa enuntiantes, quæ ab hominibus non intelligebantur, dicebantur fugere, & delirare; sicut de Isaia, per tres dies nudo insedente, Isa. cap. 20. & Ezechiele panem cum stercore manducante. Ezech. 4. autumabant Judæi; quòd observavit Lactantius d. lib. 14. cap. 15. his verbis: Non dubito quin Sibyllina carmina prioribus temporibus prodigiosa hæbita sint, cum ea nemo tunc intelligeret. Tertium est observandum, quòd Prophetæ scripturam soluta oratione suas prophetias; Sibyllæ autem in Versibus hexametris, ut idèò magis splendesceret Divinæ Sapientia, qua imbutæ ipsæ tenellæ Virgines mysteria sublimia canere, & carminibus promissa sequebantur; De his Patres Dominicani in Sequentiæ tertiz Missæ Natalis Domini, sic recitabant: Verbum Eus Altissimi, corporari passum est, carne sumpta, Isata cernit, Synagoga meminit, numquam tamen desinit esse cæca. Si non nisi Veribus, gredat vel gentilibus: Sibyllinis versibus hæc prædixit: Quorum Versuum collectam fecit Panvinius in tractatu de Oraculis Sibyllinis impresso Parisiis Anno 1607. cum annotationibus Joannis Objeper; & eorum plurima græco idiomate ponit Barradas in Evangel. tom. 1. lib. 3. capit. 15. Latina autem versione Proprii nomen Historicum Verb. Sibyllæ. Et Emin. Card. de Lauræa d. tom. 3. disp. 19. à num. 249. & sequentibus. Quæ quidem carmina ad Ledorum commodum, & solatium hic transcribam in relatione summaria cujusque Sibyllæ; & in his, quæ continent Propheticas narrationes de Redemptore nostro JESU CHRISTO.

Delphica itaque Sibylla censeatur prima, & cæteris antiquior, quippe vaticinata est ante Trojanum bellum annis 1277. & vivebat ante natum Christum annis 1225. ut calculat Ricciolus in Chronolog. Reform. tom. 3. Catalog. 24. Significat autem hæc Vox Sibyllæ Consilium Dei, ex græco Idiomatico Æolico *Eor Deus*, & *Borlo* consilium, ut notat Menochius d. centur. 4. cap. 39. Falsa fuit hæc Delphica Sibylla Tiresiaz vatis Thebani; & nominata fuit Antemios. Eam prophetasse ferunt totam vitam, miracula, passionem, & Resurrectionem Christi. De eo hæc carmina ipsa scripsit: Non tardè veniet; tacita sed venite tempus. Hoc opus; hoc memori semper qui corde respicit. Hujus pertinetant cor gaudia magna Prophete Eximii, qui Virgineo conceptus ab alvo Prædixit sine contaù mari; omnia vincit Hoc nature opera; at fecit qui cuncta gubernat. Deinde de ejusdem Christi Passione subdit: Impinget illi colophos, & spua scelsissis Israel labijs; nec non & fellis amari Apponet escam, potumque immittit aceti. Erithega est secunda Sibylla Heriphile nominata, quæ prædixit Græcis Ilium potentibus excidium Troiæ; sed quia prædixit Romanorum tempore ex Trojans futurum, Eusebius cum posuit rememore Romuli; sed absque valido fundamento, & sine auctoritate, cum ipsa multò ante floruerit tum tempore Trojani excidii, tum paulò post, ut habet



habet Solinus cap. 7. Hæc pariter Christi nati-  
tatem, passionem, mortem, resurrectionem, & ju-  
dicium finale enuntiavit, & ejus sunt carmina se-  
quentia:

Cerno Dei natum, qui dimisit ab alto  
Ultima felices referent cum tempore soles;  
Hebræa quem Virgo fovet de stirpe decora,  
In terris multum tenoris passurus ab annis.  
Magnus erit tamen hic divino carmine Vates.  
Virgine Matre satur prudenti peccore verax.  
Et allis carminibus omisit, subdit:  
Judicii in signum, tellus sudore madescet,  
Et Rex æternus summo descendet Olympo;  
Scilicet ut carnem, mundumque vindicet om-  
nem:

Unde Deum fidi, dissidentesque videbunt,  
Summum cum Sanctis in seculi sine sedentem.  
Et hæc est Sibylla, de qua intelligit Ecclesia, dum  
in Sequentia Missæ Defunctorum canit:  
Dies ira, dies illa,  
Solvat scælum in favilla,  
Teste David cum Sibylla.

29 Cimmeria, sive Cumæa est tertia Sibylla; di-  
cta etiam Italica, quia in Italia vaticinata est;  
oriunda ex Cimmerio Campaniæ oppido vicino Cumis.  
Floruit paulò post excidium Trojæ, videlicet  
circa 1170. annos ante Christum, & Æneæ  
tempore; siquidem fuit illa Deiphobe, quam Æneas  
consultavit apud Virgilium lib. 6. Æneid. De ea S.  
Justinus Martyr in admonitorio ad gentes sic scribit:  
Gentiles Viri assentimini voculo huic, & antiquissi-  
me Sibyllæ; que supernò afflata oraculis, vos erudit,  
quod qui dicuntur Dii, non sunt. De Salvatoris au-  
tem nostri Jesu Christi adventu, & de his omnibus,  
que si facturus erat, manifestè pronuntiat, quorum  
notitia vobis necessaria est. Ipsa verò Cumæa Sibyl-  
la hæc inter cætera carmina de Christo edidit:

In teneris annis, facie præsignis honore,  
Militia æternæ Regem Sacra Virgo civabit  
Lactis suo; per quem gaudebunt peccore summo  
Omnia; & Eo lucebit Sydas ab orbe  
Mirificum, sua dona Magi cum laude feren-  
tes,  
Obijciant Puro Myrrham, Aurum, Thura Sa-  
bea.

30 Samia Sibylla quarta est, & nominata fuit Pi-  
tho; ortum enim habuit in Insula Samos Maris E-  
gæi, & de ea meminit Ælianus lib. 12. Var. Hi-  
stor. Plura prædixit de Redemptore, & præsertim  
ejus ingressum cum Palmis olivarum in Jerusalem  
his versibus:

Salve casta Syon, permultaque passa Puella,  
Ipse Tibi in senio Rex en tuus intrat Afello.  
Erga omnes mitis iuga tibi quo iuga demat.  
Intoleranda tibi, que fers cervicis subæta.

31 Cumana quinta Sibylla fuit, vocata Amalthea,  
ac etiam Demophile; nata est Cumæ, quæ est urbs  
Asiæ minoris in Eolide, & in ora sinus Smyr-  
næi, quæ nunc dicitur Foja nuova. Hæc libros ora-  
culorum detulit ad Tarquinium superbum, petens  
pro illorum pretio tercentos Philipeos, ut scribit  
Solinus cap. 7. & Tholofanus d. libr. 18. cap. 7.  
num. 9. Sed Rex ille bis in ignem projecit tertiam  
partem illorum librorum; pro reliqua autem tertia  
parte, admiratus Sibyllæ constantiam in petendis  
trecentis aureis; illos exburfare fecit, ipsaque Si-  
byllina oracula mandavit fideliter custodiri. Hanc  
Sibyllam Cumanam prophetasse Incarnationem  
Verbi Divini testantur hæc ejus Carmina:

Tunc ad mortales venit a mortalibus ipsis  
In Terris similis natus Patri Omnipotentis,  
Corpore vestitus, &c.

Et de eadem agit etiam Beda in libr. 1. Com-  
mentar. in Luc.

33 Hellepontica fuit Sexta Sibylla, nata in vico

Marmisso agri Trojani. Ejus nomen ignoratur; vi-  
xisse tamen fertur temporibus Solonis Philosophi,  
ac Magni Regis Cyri. Hæc denuntiativæ, & do-  
ctrina Salvatoris ita cecinit:

Cum meditor quondam vidi decorare Puellam,  
Eximio cassam que se servaret honore  
Munere digna suo, & divino munere visa,  
Que sobolem multo pareret splendore mican-  
tem.  
Progenies Summi, speciosa, & vera Tonantis,  
Pacifica mundum qui sub ditione gubernet.

Et post alia plura:  
Ille Dei legem complebit, non violabit,  
Perfinitem formam referens, & cuncta doce-  
bit.

Libica Sibylla fuit septima, cujus nomen nesci-  
tur, de qua Euripides in Lamie prologo. Vixit  
ante Olympiadem 80. idest ante Christum annis  
circiter 480. Ab ipsa prænuntiata sunt miracula  
Christi versibus istis:

Ille quidem morbis pressos sanabit, & omnes  
Læso, quotquot ei fidem, & cæcique videbunt.  
Incedent claudi. Surdis autem loquetur.  
Insolitas miris dabitur formæ loquelæ.  
Expellet furias. Oppressi morte resurgent.

Perfica fuit octava; quæ etiam Babylonica, & 34  
Chaldaica Sibylla nuncupata fuit, & ejus Pater  
Berofus. Floruit sub Alexandro Magno circa Olympi-  
adem 120. ut ex Nicandro de gestis Alexandri  
Magni colligitur. Et quia in libr. 24. multa de  
Christo cecinit, sicut & Cumæa, idest S. Justinus  
in Parenetico ad gentes putavit in Italiam,  
eamdemque cum Cumæa fuisse. Hæc prædixit præ-  
dicationem, & baptismum Præcursoris Christi, de  
quo ait:

Tunc quoque vox quedam venit per deserta lo-  
corum,  
Nuntia mortales misericors, que clamet ad om-  
nes.

Ut relictos faciant calles, animosque resurgent  
A vitis, & aquis perulserint corpora mundis.

Phrygia nona Sibylla fuit, quæ prophetavit 35  
Ancyre; hæc Civitas est in Asia minore. De ejus  
nomine, ac tempore memoria non extat. Mortem  
Salvatoris vaticinata est his carminibus:

Scindetur Templi velum, mediumque diis,  
Nox tenebrosa tribus premet admirabilis horis.  
Et tridui somno peraget mortalis fata.

36 Tiburtina decima Sibylla est, nata Tibure, di-  
stante ab Urbe Roma milliariibus sexdecim. Tem-  
pus ipsius ignotum remanet; ac ejus nomen fuit Al-  
bunea; & hæc in Spiritu vidit, & prænuntiavit  
Christi Resurrectionem, & Ascensionem in caelis  
his metris:

Sed postquam triduo lucem reperideris, atque  
Monstravit somnum mortalibus; atque docendo  
Cuncta illustravit, caelestia teia subivit,  
Nubibus invehens, &c.

Hæc sunt decem Sibyllæ, de quibus tamantiqui,  
quam moderni, tam Sacri, quam profani Auctores  
memorantur, quos congerit Tholofanus in d. Syn-  
tagm. Jur. Univ. libr. 18. cap. 6. num. 9. & 10. 37  
ubi hæc habet: Conseroabantur autem Romæ summa  
cum veneratione libri Sibyllini, qui magis in nego-  
tiis consultabantur; veluti quando contra Volscos bello  
moto, Romæ laboratum est vitium inopia, & magnus  
metus fuit, ne in totum desereret, terra fructus ne-  
gantem. Sub Claudio quoque, quo tempore Marcoma-  
ni cuncta vastabant. Sub Galieno pro pestilentia se-  
danda. Et sepius aliis quoque temporibus.

Sed & illud notabile est, quod adverte Salianus 38  
ad Ann. Mundi 4041. & ante Nativitatem Christi  
12. videlicet, Cæsarem Augustum libros Sibylli-  
nos magna diligentia recognovit, sub publica custo-  
dia servandos repositisse; subdens idem Auctor; Id  
factum

SUMMARIUM.

- 1 Sacrificia Hebræorum analogiam habebant cum  
conviviis hominum. Et cur?
- 2 Eucharistia in ultima cæna Christi fuit Epulum,  
& Sacrificium?
- 3 Gentiles sacrificabant inter convivia.
- 4 Altare Sacrificiorum cur vocetur Mensa Domi-  
ni?
- 5 Fermentum, ac Mel semper vitium in Sacrifi-  
ciis Aaronicis.
- 6 Victimæ immolande carere debebant omni defe-  
ctu.
- 7 Mel nocivum stomacho.
- 8 Mel à Gentilibus offerbatur Baccho.
- 9 Sacrificiorum Legis Mosaica genera quinque.
- 10 Victimæ apud Hebræos alie animatæ, & alie  
inanimatæ.
- 11 Victimarum animam habentium pro Sacrificiis He-  
bræorum species quinque.
- 12 Victimæ, quas Hebræi sacrificabant, figurabant  
virtutes Christi.
- 13 Piscis cur Deus noluerit sibi sacrificari?
- 14 Monachus extra cellam est piscis extra aquam.
- 15 Passeris occiso in expiatione Leprosi non erat Sa-  
crificium.
- 16 Victimæ inanimatæ quoniam essent in Sacrificiis He-  
bræorum?
- 17 Finis quadruplex in Hebræis Sacrificiis, & quæ  
quænam?
- 18 Differentia inter peccatum, & delictum.
- 19 Holocaustum quid esset?
- 20 Holocausti Victimæ debebat esse masculini se-  
xus.
- 21 Tabernaculi, atque Templi tres erant partes.
- 22 Laici apud Hebræos utrum accessum haberent ad  
Altare Holocaustatum?
- 23 Pacifica Hostia quæ, & quotuplex?
- 24 Pacifica Hostia dividebatur in tres partes. Et  
quomodo?
- 25 Adipem animalium an Hebræi possent comedere?  
& num. 27.
- 26 Sanguinem animalium comedere cur prohibitum  
primitivis Christianis per Apostolos?
- 28 Turtures, & Columbe non litabantur pro hostia  
pacificæ. Et cur?
- 29 Hostia pro peccato, seu delicto quoniam esset?
- 30 Hostia pro peccato que cederent in esum Sacer-  
dotum; & que non?
- 31 Boves veteres quatuor, vel quinque annorum ab  
Hebræis non immolabantur.
- 32 Ritus jugulandi, & mactandi Victimam apud  
Hebræos.
- 33 Victimæ non indivisa, sed secla in frustra combu-  
rebatur in Sacrificio Holocausti.
- 34 Odor an ingratus esset ex combustione Victimam  
rum?
- 35 Aves ab Hebræis quomodo immolarentur?
- 36 Minchâ adhibebatur semper in Sacrificio holo-  
causti, & quid esset?
- 37 Similia, vel panis aliquando solus offerbatur in  
Sacrificio.
- 38 Ritus undecim, seu ceremoniæ in Litanda Ho-  
stia pacificæ.
- 39 Cauda victimæ quare comburenda in Sacrificio?
- 40 Ritus, ac Ceremoniæ sex in Sacrificio pro pec-  
cato.
- 41 Ritus, & Ceremoniæ in adolendo Thymiamate  
apud Hebræos.
- 42 Thymiamata adolebatur bis quotidie.
- 43 Juge Sacrificium quoniam esset? & num. 47.
- 44 Juge Sacrificium figurabat Sacrificium Missæ.
- 45 Festa Hebræorum alia ordinata erant a Deo, alia  
à Rabbiniis.

factum ab Augusto non sine Divina providentia, jam  
olim notatum est ab antiquis Patribus, ut Christiani  
ex libris Sibyllinis, ab ipso Augusto Cæsare repurga-  
tis, & recognitis, fidem Christianam apud Ethnicos  
majori cum fide stabilire possent. Cumque Sancti E-  
piscopi, & alii Prædicatorum Evangelici uterentur  
iisdem Sibyllarum libris ad gentiles suadendos de  
veritate fidei Christianæ, prohibita fuit à Tyran-  
nis eorumdem librorum lectio sub pœna mortis; de  
qua se conqueritur S. Justinus Martyr in secunda  
Apologia pro Christianis ad Antoninum Imperato-  
rem, dicens: Opera malorum gentiorum mors constitu-  
ta, & definita est in eos, qui Hystaspis, vel Sibyl-  
læ, vel Prophetarum, vatumque libros legunt, ut me-  
tu homines, qui legunt, abducant ab eo, ne bona-  
rum rerum cogitationem accipiant, sibi autem servos  
eos detineant, quod quidem tandem perficere minime  
poverunt. Non solum enim sine metu eos legimus,  
sed vobis quoque, ut videtis, considerandos offerimus.  
Quod narrando prosequitur Menochius in Storeis  
cænturia prima cap. 49. & Segnerius nell' Incredulo  
serza cæsa d. part. 2. cap. 17. num. 14.  
Tandem sunt qui addunt antedictis decem Sibyl-  
39 lis Undecimam, quam Europæam appellant, sic de  
Messia locutam: Veniet ille, & transit montes,  
& colles, & latice: Sydonum Olympi. Regnabit in  
paupertate, & dominabitur in silentio, & egredietur  
de utero Virginis. Ac etiam Duodecimam, quam  
nominant Ægyptiam, de cujus vaticinio hæc ver-  
40 ba sunt: Invisibile Verbum palpabitur, & germina-  
bit ut radix, & succabitur ut folium, & non appa-  
rebit venustas ejus, & circumdabitur alvus mater-  
na, & sibi Deus lætitia sempiterna, & ab homini-  
bus conculescitur, & nascetur ex matre ut Deus,  
& conversabitur ut peccator. Ita Proprium Hie-  
rorum d. Verb. Sibylla. Et hæc satis sint de Vati-  
ciniis, Revelationibus, atque Prophetiis, quas  
Deus voluit tot ante sæcula prænuntiari de venturo  
Messia, & Redemptore nostro JESU CHR J-  
STO, etiam per mulieres, ac sicut nullum sexum,  
nullumque ordinem personarum constaret caruisse  
hæc gratia gratis data, ita omnes gentes scirent,  
eas consequi posse gratiam justificationem per fidem  
in Christum, & exercitium bonorum operum, ut  
differit Barradas in Evang. d. tom. 1. libr. 3. cap.  
15. ubi Sanctorum Patrum sententias de hoc argu-  
mento transcribit.

DECISIO XXVII.

ARGUMENTUM.

De Sacrificiis Hebræorum. De Victimis quadru-  
pedibus, Volucris, & rebus inanimatis, quæ  
ab eis litabantur. De Holocausto, Hostiis paci-  
ficis, & pro peccato, immolationibus, libami-  
nibus, & jure Sacrificio. De Festis Hebræicis,  
& de Sacrificiis præscriptis in quocumque die fe-  
sto. De Sacrificiis secundum varietatem perfor-  
narum, quarum intuitu offerbantur; & præcipue  
pro consecratione Sacerdotum, & Nazaræorum,  
expiatione leproforum, & laborantium legalibus  
immunditiis. De Mulieribus menstruatis, & de  
diversitate mensurorum. De Sacrificio Zeloty-  
piæ, Vaccæ Rufæ, & Vitulæ pro homicidio oc-  
culto. De Ritibus, ceremoniis, atque causis to-  
tius Liturgicæ Legis Mosaicæ. Atque de Sacri-  
ficiis pro Defunctis.